



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 29. Pelagii Scripta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V. bi. Secundo. Etiam infantes neo-nati
A.C. 416. a peccato non esse immunes, quod ex eo
 tempore, quo Adam lapsus est, natura
 subdita sit peccato, idque totam suam
 posteritatem corripuerit. *In huius*

Psal. 50. 7. probationem adducunt, inquit Theodo-
rus: in iniquitate conceptus sum. Alii
 que similes textus; Baptismum, & Com-
 munionem Corporis Domini nostri in re-
 missionem peccatorum, cum etiam in-
 fantibus conferantur. Tertio. Neminem
 inter homines justum esse. Quarto.
 Ipsum IESUM Christum, Deum nostrum,
 a peccato purum non fuisse, quia Natu-
 ram peccato infectam assumpsisset, etiam
 si aliunde dicant, Incarnationem non
 veram, sed tantum apparentem fuisse.
 Quinto. Matrimonium, & omnia, quæ ad
 humani generis propagationem servantur,
 opera esse malæ naturæ, in quam Adam
 per peccatum suum delapsus fuisset. Ho-
 rum errorum Theodorus Mopsuestenus
 novos Occidentis Hæreticos insimulabat;
 revera nihil aliud erant, quam Doctrina
 Ecclesiæ Catholicæ, prout eam Pelagiani
 detorquebant, ut invidiosam redderent.

§. XXIX.

Pelagii Scripta.

Orosius ex Palæstina rediit circa veris
 initium anno 416. S. Stephani Reli-
 quias afferens. Responsum etiam S. Hiero-
 nymi

ronymi ferebat ad quæstiones de origine Sæculum V.
 animarum, & peccatorum æqualitate. Ex A. C. 416.
 S. Hieronymi litteris elucet, quod S. Au- ap. Aug. ep.
 gustinum non modo magno amoris affe- 172. al. 30.
 ctu fuerit profecutus, sed etiam plurimi
 æstimaverit. Excusat vero, quod ad ejus
 quæstiones modo non respondeat, ob
 temporum iniquitatem, ne, si contrarias
 foverent opiniones, Hæretici ambos ca-
 lumniandi occasionem nanciscerentur.
 Verosimile est, Orosium unacum ista epi- Ep. 180. al.
 stola S. Hieronymi Dialogos attulisse, cum 260. n. 5.
 S. Augustinus eosdem, haud multo post Ep. 175. al.
 ad Oceanum scribens, citet. Attulit 50. init.
 quoque epistolas Herois, & Lazari adver- Ep. 176. n. 4.
 sus Pelagium, & Celestium. In iis signi-
 ficabatur, Pelagium Jerosolymæ esse, ibi-
 que non nullos adhucdum ab eo seduci,
 quamvis alii, qui mentem ejus penitus
 penetrarent, fortiter, & præcipue S. Hie-
 ronimus, resisterent. Pelagio post Con-
 ciliium Diospolitano, animus intumue- Innoc. ep.
 rat; plurimum absolutionem ibi acce- 183. apud
 ptam jactabat. Acta tamen producere Aug. al. 96.
 non audebat, quia inspicientibus patuis- n. 3. de Gest.
 set, coactum fuisse proprios suos errores Pel. c. 30.
 damnare; sed potius, quamdiu potuit,
 horum Actorum editionem impedit;
 interim epistolam vulgabat, ad unum
 amicorum suorum, Presbyterum datam,
 in qua dicebat; quatuordecim Episcopis,
 nempe Concilio Diospolitano illam Do-
 ctrinam,

saeculum V.
A. C. 416.
strinam, quam ipse teneret, fuisse probatam; hominem sine peccato posse existere, & praecepta Dei facile observare, si vellet, hoc vero suppresserat, quod in Concilio addiderit: *cum Gratia Dei.* In eadem epistola vocem: *facile*, obreptitiae inserit, quam in Concilio addere ausus non fuerat; e contra dixerat, laborandum esse, & pugnandum.

Scripsit etiam brevem apologiam, in qua hujus Concilii Auctoritate se tuebatur, dicens, se Episcoporum Gallorum objectiones diluisset, & plene fuisse absolutum. Hanc Apologiam per manus Dionisi, cui nomen Cari, ad S. Augustinum submisit. S. Augustino suboluit, quod res erat, Pelagium non alia ratione fuisse absolutum, quam quod Catholicum se habuisset; sed cum tunc sibi deessent, quibus eum convinceret, hac super re scribere noluit. Pelagius eodem tempore quatuor suos libros de libero Arbitrio scripsit adversus S. Hieronymum, in quibus hoc Concilium inflatus in libro tertio doctrinae suae fundamentum plene explicat; distinguit posse, velle, & esse, id est, operari; atque ex his perspiciebatur, quod Pelagius dicere vellet, quotiescumque de Gratia, aut auxilio Dei loquebatur.

de Gest. c. 1.
Ep. 179. n. 7.
al. 252.
c. 32. de Gest.
Ep. 186. al.
106. c. 19. n.
34. de pecc.
orig. c. 14.
Aug. de Gr.
Chr. c. 4.